

*Resp.: Affirmative.*

Die autem 19. Junii 1911. in audientia utriusque infrascripto  
Rmo Consultori ab Actis benigne concessa SSmus Dominus  
Noster Pius Papa X. praedicta responsa rata habuit ac publici  
iuris fieri mandavit.

Romae die 19. Junii 1911.

*Fulcranus Vigouroux*, Pr. S. S.

*Laurentius Janssens*, O. S. B.  
Consultores ab Actis.

## II. Decretum S. Congregationis Indicis.

Feria II. die 5. Iunii 1911.

*Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum  
Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DO-  
MINO NOSTRO PIO PAPA X Sanctaque Sede Apostolica Indici  
librorum pravae doctrinac, eorumdemque proscriptioni, expurgationi  
ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et  
delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 5. Iunii 1911.,  
damnavit et damnat, proscriptis proscriptisque, atque in Indicem li-  
brorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur  
opera:*

DER MODERNISTENEID. Ein Appel an deutsche Priester  
von Clericus Germanicus. Augsburg 1910.

Dr. W. KOCH und Dr. O. WECKER, Religiöswissenschaft-  
liche Vorträge. Dritte Reihe: Katholizismus und Christentum. 1.  
u. 2. Aufl. Rottenburg 1910.

AUGUST HUMBERT, Les origines de la Théologie moderne  
— I. La Renaissance de l'antiquité chrétienne (1460.—1521.)  
Paris 1910.

OTTOKAR PROHASZKA, Az intellektualizmus túlhaitásai.  
Budapest 1910. — Több békességet (in *Egyházy Közlöny*, Dec.  
1910.). — Modern Katholicizmus. Budapest 1907.

*Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera  
damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate,  
aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub  
poenis in Indice librorum vetitorum indictis.*

*Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPAE X  
per me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA De-  
cretum probavit et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.*

Datum Romae. die 6. Iunii 1911.

*Franciscus Card. Della Volpe,  
Praefectus.*

Loco + Sigilli.

*Thomas Esser, O. P.,  
Secretarius.*

